

## Capitulum VII. PVELLA ET ROSA

### LECTIONIS I COMPENDIUM (1-29):

Mārcus et Quīntus ante ōstium vīllae Iūlium exspectant. Vir Aemiliae abest atque ea nōn laeta in peristylō eum exspectat. Iūlia autem in cubiculō suō ante speculum sola lacrimat, quia nāsus fōrmōsus nōn est. Syra in cubiculum intrat et dicit : «Nāsus tuus tam fōrmōsus quam meus est»; sed nāsus quem ancilla in speculō videt, foedus est.<sup>1</sup>

#### Quaestiōnēs:

1. Quem puerī ante ōstium vīllae exspectant?
2. Vbi māter est? Cūr laeta nōn est ?
3. Num Iūlia cum Aemilia est? Quī cum puellā sunt?
4. Quid ante nāsus Iūlia tenet?
5. Quid ante oculōs ea tenet?
6. Cūr in oculīs eius sunt lacrimae?
7. Dīc vocābulum vel sententiam contrāriam:
  - 7.a. Syra ōstium **aperit** et **in** cubiculum **intrat**.
  - 7.b. Iūlia Syram **post** sē in speculō videt.
  - 7.c. **Veni** in hortum, Iūlia!
  - 7.d. Iūlia **imperat**: “**Claude** ōstium!”
8. Quōmodo Iūlia Syram videt?
9. Syra lacrimās Iūliae videt: Quid eam dīcit? (l. 23-24)
10. Cūr ancilla, quae nāsus suum in speculō videt, oculōs claudit et tacet?




### LECTIONIS II COMPENDIUM (30-60):

Iūlius ā servīs in lectīcā portātur et ad vīllam advenit. Post eum ambulant Syrus et Lēander, quī duōs saccōs plenōs mālōrum et pirōrum in umerīs portant. Iūlius ambulat ad ōstium, quod ab ōstiārīō aperitur. In vīllā Iūlius filiīs saccōs mōnstrat ē quibus māla et pira sūmit atque iīs [=filiīs] dat. Etiam Iūlius servīs Syrō et Lēandrō māla et pira dat.

#### Quaestiōnēs:

11. Vbi servī lectīcam pōnunt?
12. Quā Iūlius et puerī intrant?
13. Quis ōstium post eōs claudit?
14. Vbi Lēander saccum pōnit?
15. Estne vacuus saccus Lēandri?
16. Quid Iūlius ē saccō sūmit?
17. Quid Iūlius Mārcō et Quintō dat?
18. Num māla in saccō Syrī insunt?



<sup>1</sup> Videātis *Familiae Rōmānae* compendia in paginā retiālī [Circulī Latīnī Xerensis](http://www.circuli-latini-xerensis.com).

19. Num Iūlius solum [=tantum] filiīs māla et pira dat?  
20. Sententiās iterum dīc verbō āctīvō, sī passīvum erat, vel passīvō, sī āctīvum:  
a. Iūlius Mārco mālum dat = \_\_\_\_\_  
b. Ōstium ab ōstiāriō aperītur = \_\_\_\_\_

### LECTIONIS III COMPENDIUM (61-104):

Aemilia et Iūlius in atrīō se salūtant. Iūlius filiam suam nōn videt, quia in cubiculō suō est. Ancilla Dēlia ad cubiculum it. Tandem Iūlia ad atrium currit atque Iūliō ōsculum dat. Pater fōrmōsum mālum et fōrmōsum pirum eī [=Iūliae] dat. Iūlia iam nōn lacrimat, immō laeta est et rīdet. Ancillīs quoque pira et māla dominus dat.

#### Quaestiōnēs:

21. Vnde venit Aemilia?  
22. Quōmodo Iūlius Aemiliam salūtāt?  
23. Quid Mārco et Quīntus agunt?  
24. Vbi est Iūlia? Quae ancilla in cubiculum puellae intrat?  
25. Quot ancillae in cubiculō Iūliae insunt?  
26. Vbi pater Iūliae exspectat?  
27. Puella ē cubiculō exit: Quid sūmit?  
28. Num iam lacrimat Iūlia? Cūr?  
29. Cui Iūlius mālum et pirum dat?  
30. Ancillīsne quoque dominus māla et pira dat?



\*\*\*

#### Puella et rosa

### Appendix Vergiliāna: Dē rosīs nāscētibus

Carmen scrīptum ā poētā ignōtō, Vergiliō (s.I a.C) aut Ausoniō (s. IV d.C) tribūtum



Collige, virgō, rosās, dum flōs novus et nova pūbes,  
et memor estō aevum sīc properāre tuum.

collige = carpe / virgō = puella  
dum = in eōdem tempore ubi...  
pūbes = pīma adolēscēntia

memor estō = in memoriā tenē semper  
aevum = annī quōs aliquis vixit, tempus, aetās  
sīc = hōc modō / properāre = currere, celeriter ire